Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 97

, 218.

C

Tractatus dell. Eucharist. Sacra & dignitate Sa, cerdotali. 2918–2938

Tractatus de Ss: Sacramento Eucharistiæ, et quæ ex promanat dignitate Sacerdotali. Incipit: " Pater Sanctissime Petre audi quid loquatur Dominus in pauperculo ser vo Suo. In fine mutilus est. Videtur mi, hi Stilus eundem prodere Hugonem. In Codice CXLII. n: 12. adscribitur S: Ber, nardo Sub Titulo: Tractatus de corpore Xti.

Cod: XCVII.

Chartac: Fol: Scec: 13. A. 5. 4.

Distinctiones, seu Sermones dominical:

Distinctiones 60, seu Sermones dominicales. Præcedit Elenchus materiarum alphabeticus, et alius propositionum, seu argumentorum, quæ tractantur in Sermo, nibus hac inscriptione: " Incipit recapi, tulatio distinctionum hujus libri! Post sequitur præfatiuncula: "Si videris Ser, "natum evigila super illum! Sermo primus,

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 97

, 219.


" Dominica prima in adventu Domini incipit: " Nunc enim propior est nostra salus quam et Ro. 13° Videmus adfensum. " In fine distinctionis 60, seu dominica 26. leguntur haec: " Finitus est liber iste aō Dñi M cccc xxx vij feria tertia post Egidii confess. hora vesperarum. Tiboldus Kevtl de Wasserburga artium Baccal. plebanus in Irolfing comparavit hunc libnum". Quoniam vero argumenta istorum sermonum derumpta sunt ex Epistolis dominicarum, ut etiam Evangeliis adaptari possint, additur: " Tabulatis quomodo prædicandum sit in hoc opere de Evangeliis, idque tam in dominicis, quam in festis. Post haec, ac si novum omnino inchoare tur opus, legitur inscriptio: " Incipiunt adaptationes sermonum in hoc libro contentorum primo competit Sabbatis Dominicis et feriis nec non et festivitatibus Sanctorum totius anni. " Nimirum sequens opusculum tractat de variis materiis moralibus ordine alphabetico, ita ut sacer praeco de quacunque materia dicturus ad propium servientia in unum collecta hic reperiat. Unde non inepte Promptuarium, seu Lexicon prædicabile dixeris. Incipit: " De Abstinentia. Duplex est abstinentia, prima detestabilis, 2da laudabilis". Agmen claudit articulus de Verecundia, quam vero breviter manus aliena adjecit. Idem opusculum occurrit Codice CXLIV, ubi vide.

Fr. Martini Fridlici de Kladrub, Adaptationes Sermonum, vide Cod. CXLIV.

A. 5. 4.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 97

, 220.



De authore harum distinctionum anceps
haereo, Jacobusne Januensis /: sive de Voragi,
ne /: sit, necne. Quetif Script: Ord: Praed:
T: 1: pag: 457. codices quidem Mss: exhi,
bet, qui continent Distinctiones Super
Dominicales Sermones Jacobi Januensis se,
cundum alphabetum, immo etiam super
festivales; sed an iidem cum nostris
sint, ignoro. Certe Sermones de omnibus
Evangeliis dominicalibus, quos Quetif l: c:
pag: 456 adfert in medium, quique incipi,
unt: "Preparare in occursum," nostri non
sunt. Itaque necessum est, aut Jacobi
etiam Sermones extare de Epistolis domi,
nicalibus, aut nostrorum non esse paren,
tem. Joannem quoq; Nyder extare
Sermones in Epistolas Dominicarum per
annum, eaq; produisse Argentinae 1489
Fol: testis est Quetif T: 1: pag: 795. An
nostri sint inquirat, qui potest.

Caeterum Jacobus de Voragine, seu Vara,
gine, seu Viragine Ord: Praed: Archiep:
Januensis /: id est: Genuensis /: est author
decantatissimae Historiae Lombardicae,
sive Legendae aureae, et obiit circa ann:
1298. Vide Quetif: l: c: pag: 454. Oudin
de Script: eccles: T: 3: col: 612.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 97

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27434

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)